tationem vltra proximos Officij præfati Castren Capitan Premislien Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, Nullasq motiones appellationes ac earum protestationes faciendo, ac præmissa omnia Snis simplicibus vel triplicatis exceptionibus suspensionibus fatalijs Iuris præscriptione Terrestri bello Conuentioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo aliò quouis recedendo. Ibid suis prout personalibus recognitionibus ad præmissa omnia mediantibus.

Morscy mutuo Roborat.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castren Capitan Præmyslien Dnni Albertus Morski ab vna, et Stanislaus itidem Morski parte ab altera fratres inter se germa-
1041 ni sane mentibus et corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et compe tentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsiue suo pro Interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem vna pars alteri ac Interesse vtriusq partis, se ac suos successores, in et sup bonis suis generaliter omnibus, summisq pecuniarijs quibusq habitis et habendis inscribunt et obligant pro contribus Contractum scriptum inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eodem Contractu contentarum, de actu et data illius hic Præmysliæ die decima quinta mensis Martij Anno præsenti Confectum conscriptum, manibus suis Recognoscentium proprijs ab vtrinq subscriptum, in omnibus et singulis eiusdem Contractus Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio Ligamentis, ac nexibus generaliter vniuersis firmiter tenere, complere exequi ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq et singulis eius Contentis, tam in parte, quam in toto toties quoties opportuno

fuerit satisfacere. Contractum praefatum ad Inscriptionem praesentem
Roborativam, et Inscriptionem praesentem Roborativam ad se
dicentem Contractum vadium in toto referendo sub Vadio
Summae Duorum Millium et Trecentorum florenorum polonicalium per
Partem parti cum successoribus utriusque partis, ob non Com
pletionem Contentorum Contractus praefati omnium et singu
lorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fue
rit Adsolvendi succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo prae
misso ad solvendum succubuit ac pro re aliqua principali ex Con
tentis Contractus praefati non Completa Complenda Citata eo nomine
memorata pars una praemissa non tenens, sive eius praetens,
Ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et Complentis
vel illius successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Prae
mysliense, extunc recessu a quibusvis quoad respondendum spe
ctat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam
peremptorio stare, Juri parere, respondere, Vadium praefatum
luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Judicatum pati
debebit et tenebitur, seque ac suos successores, ad eadem omnia
inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum
peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eius
dem Terminos, semper peremptorios, vera Infirmitate pro
maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum
servitio militari, ad munimenta ad evictionem, vel alys qui
busvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo
Ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castren Capi
tanei Praemysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo
nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faci
endo, praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis
evasionibus, suspensionibus, fatalibus Juris praescriptione Ter
restri bello Conventioneque ac alys omnibus Juris remedys et
defensis

defensis, non subterfugiendo, nec modo aliquovis evaden.
His suab praesentibus recognitioni ad praemissa omnia medians.

Iasinski Consorti Debet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Praemysliensi Gnosus Mathias Iasinski olim Gnosi Feliciani Iasinski, cum Gnosa olim Zophia Kasciowska procreatus filius, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq. suis quibusvis proprijs et competentibus receden. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq. subijciendo, palam, liberè, publicè, ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosae Zophiae Sedricka, Gnosi olim Vilhelmi Sedricki cum Gnosa Regina de Sterno Sieninska procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae et ipsius successoribus summam Duorum Millium Florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet florenum grossis triginta polon. computando et numerando, certi, veri, iusti, et liquidi Debiti, mutuaeq. apud ipsum per se Recognoscen. pecuniae, tenetur atq. Debet. Quam quidem summam suprascriptam Duorum Millium Florenorum Polonicalium idem suprascriptus Recognoscens Gnosus Mathias Iasinski, se suosq. successores in et super bonis suis generaliter omnibus, haereditarijs et obligatorijs mobilibus et immobilibus, summisq. pecuniarijs quibusvis habitis et haben. suprascriptae Gnosae Sophiae Sedricka Consorti et Creditrici suae eiusq. posteris, hinc et ab actu praesenti pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo sexcentesimo Septuagesimo Tertio proximè venturo realiter et in effectu solvendum, et coram Officio Actisq. praesen. Castren. Capitan. Praemysliensi repositurum et relicturum, repositamq. et relictam per sus ab eodem Officio non effideiussurum, nec arrestaturum

1042